

Andreas Tscherning

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Andreas Tscherningius,
Poët. Prof. ordinarius Ad exequias, Quas Marito suo desideratissimo, Viro ... Dn.
Valentino Kirchberg/ coniux moestissima paratas cupid; Cives Academicos
officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77125749X>

Druck Freier  Zugang



Tscherning, A.

in V. Kirchberg.

Rost. 1649.

16.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77125749X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77125749X/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77125749X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77125749X/phys_0003)

DFG

PROGRAMMA

83

Quo
RECTOR

Universitatis Rostochiensis
ANDREAS TSCHERNINGIUS,

Poët. Prof. ordinarius

Ad exequias,

Quas

Marito suo desideratissimo,

VIRO

PRÆSTANTISSIMO AC LITE-

RATISSIMO

**DN. VALENTINO
RÆCHBERG/**

conjux mœstissima,

paratas cupit;

Cives Academicos officio invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

ANNO CLX loc XLIX.



Eum immor-
talem! quid est
homo, ille totius
mundi epilogus?
quam, ut Sapiens
Noster ait αθενέας
ὑπόδειγμα, κοινὴ λάφυσον, τίχη παιγνιον, μετεπίστωσες ε-
κών, imbecillitatis exemplum, tem-
poris spolium, fortunæ ludus, in-
constantia imago. Quis hominum,

Tam Divos habuit faventes

Craftum ut possit sibi polliceri?

Itaque, judicio gravissimi Senecæ,
sic ordinandus est dies omnis, tan-
quam cogat agmen (*bene. à militia, nam*
ultimi sunt agminis coactores) & consum-
met atque expleat vitam. Quod &

Venu-

.XVII. Oct. 16. 1612.

Venusini vatis præceptum est: O
mnem crède diem tibi diluxisse su-
premium. Pacuvius qui Syriam usu
suam fecerat (*ob diuturnum ibi imperium &*
moram) cùm vino & illis funereis
epulis sibi parentaverat (*sunt ver-
ba Senecæ*) sic in cubiculum fereba-
tur à cæna, ut inter plausus exoleto-
rum hoc ad symphoniam canere-
tur: *Bebitus, Bebitus,* nullo non sedie ex-
tulit. Hoc quod ille ex mala consci-
entia faciebat, nos ex bona facia-
mus, & in somnum ituri, læti, hila-
resque dicamus,

Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi.
Crastinum si adjecerit Deus, læti-
cipiamus. Hæc ille. Crastinum sibi
pollicebatur quidem & **V A L E N-**
T I N U S Kirchberg/ de cuius vita,
moribus ac morte verba facturi su-

A 2 mus,

mus, verūm præventus morte inopinatā re-
pente concidit.

Natus est ROSTOCHI anno cīcī cx. Patrem
habuit ornatissimum & literatissimum virum
CHRISTOPHORUM Kirchberg/ civem ac
cerevisiarum quondam apud nos primariū.
Matrem ANNAM, Clarissimi D.N.
M. VALENTINI STRELENII, qui in
Dicasterio Megapol. multos annos munere
Protonotarii (primicerium notariorum vo-
cabant Latini veteres) functus est singulari
diligentia laude. A primis unguiculis pietate
literisque imbutus est domi & in paren-
tum sinu. Cumque feliciter posuisset tiroci-
nia, adultior, quamvis patre jam functo, ut
cultum majorem assumeret, anno cīcī cxxx
à matre plentissima in Academiam Regio-
montanam ablegatus fuit, ubi per biennium
indefessam studiis, sicut par erat, operam na-
vavit. Anno cīcī cxxxiii, à fratre invitatus
Gröningam concessit, ubi hoc duce feliciter
per annū in studiorū progressus curriculo
est, salubriterq; profecit: processurus longius,
majoraque ausurus, locaq; alia aditurus, nī
sublevanda fuisset mater, quā ob hyemem
vitæ, malam illam ætatem, ac corporis imbel-
liam

liam rei familiari administrandæ sufficere,
amplius sola non videbatur. Domum itaq. e
cùm venisset, vitæ consortem quæ sivit & in
venit CATHARINAM, MICHAELIS
REDERI filiam, virginem pudicissimam,
quicunq; quatuordecim ipsos annos summâ
concordia suavissimeque exegit, atque ex ea
filios quatuor filiasque tres, utpote C H R I-
S T O P H O R U M, A L E X A N D R U M, V A-
L E N T I N U M, J O A C H I M U M V A L E N-
T I N U M, A N N A M, C A T H A R I N A M,
W E N D U L A M & M A R G A R E T A M E L I.
S A B E T A M suscepit, è quibus verò A L E-
X A N D E R V A L E N T I N U S & W E N D U L A
in vivis esse desierunt, Octavum partum ma-
ter adhuc fert in utero, cui Deus, ubi editura
est prolem, ut quām indulgentissimè adsit,
ex animo vovemus. Erat vir bonus, rectus,
apertus, simplex à suco & dolo alienus. Cave-
re demortuum pipulo diffindatis, quin potius
quæ memorabilis est Chilonis sententia, bea-
tum prædicetis. Conciones publicas temerè
non negligebat: erat comitatis ac facilitatis
plurimum, tūm cupiditatis ac studii de qui-
busvis merendi bene. Quo consecutus est, ut
ad officia amplissima evehheretur. Virtus ejus
militæ, ex munere Cōmissariatus cognita, per

A 3

specta

spēcta in legationib[us] diversis ad illustrissimū
mū Principem fuit. Cæterū ætatio hujus ci-
vitatis publico præfuit, atque hactenus Oecō-
nomus redditum Ecclesiasticorum extitit.
Jampridem verò in numerum sedecim viro-
rum cooptatus diversas has partes diligenter
administravit ac gessit. Anni sunt duo, ex
quo evidenter obesitatem corporis, maligni-
tatem humorum, pulmonumq[ue] contraxerat
vitium, unde mirè & spirandi difficultate la-
boravit, & ingens s[ecundu]m universum corpus in-
vasit languor. Cū nudius quartus unum è
Provisorib[us], ut vocant, invisiſſet, negotioq[ue]
contecto domū reversus sanus ac sobrius cu-
bitū ire ac somno se dare parasset, imperarit
ministro ut sequenti mane si forte in multam
lucem dormiret, tempore quo ad concionē
sacram invitamur, è somno eum suscitaret.
Quod cū minister fecisset, ille tamen in le-
cto, fortasse quod imminere valetudinem
senserat, aliquantis per sibi commorandum
duxit. Quo facto Uxor mirificè sollicita me-
tuensque pericli exemplo accurrit, & mari-
tum ex insperato ægrum atq[ue] impotentem
offendit, intentum tamen Salvatores optimi
meritis; quibus fatus, cælestem & immorta-
lem

leui vitam non tam sperabat, quam promis-
tebat sibi ac pollicebatur. Mox post pau-
ca suspiria inopinato animam exspiravit.
Repentinum certe mortis genus? sed
quod ipsi etiam Julio Cæsari ita placuit:
ut, cum inter cænandum ortus sermo
esset, quod genus mortis optimum, sine
omni cunctatione responderit: Inopinatum.
Excepit ista sors & mors multos viros, quo-
rum pietas & probitas toti mundo fuit spe-
ctata. Exempla heic recensere, nihil attinet.
Quicunque vero es, noli in morte hujus viri
tam repentinâ exultare: noli Requietorio
ejus protervè insultare. Nemesis enim à ter-
go est, & vel cineres ejus vindictam à te petere
possunt: non secus ac Niconis Thasii statuam
ferunt, cum ab invido & malevolo vapularet,
in eum prolapsam fuisse, ei que mortem attu-
lisse.

Nunc autem cum viri literatissimi com-
ponendum sit funus, agite CIVES ACADEMICI,
& exsequias Ejus omni officii
genere prolixè ac promptè exsequimini.
Quod cum facitis, memores & vestræ morta-
litatis unà estote. Quis scit an adijciant hodi-
ernæ crastina sumæ DI superi? Quapropter ut
singu-

singulis diebus, haris, ac momentis ad emi-
grandum prompti paratique sitis, ipsa anima
vestrae salus vos adhortatur.

P. P. ROSTOCAL d. XXVIII. Julij
An. clc lcc XLIX.

Conventus fuit hodie horā primā in ade-

B. Jacobo sagra.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77125749X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77125749X/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77125749X/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77125749X/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77125749X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77125749X/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77125749X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77125749X/phys_0016)

DFG

lēm vitam nōn tām sperabat, qdām p-
tēbat sibi ac pollicebatur. Mox p-
ca suspiria inopinatō animam exp-
Repentinum tērrē mortis genus
quod ipsi etiam Juliuſ Cæſariū pl-
ut, cūm inter cænandum ortus
eſſet, quod genus mortis optimum
omni cunctatione responderit: Inopi-
Excepit iſta fōrſ & mors multos viro-
rum pietas & probitas toti mundo f-
etata. Exempla heic recensere, nihil
Quicunque verò es, noli in morte h-
tām repentinā exultare: noli Requ-
ejus protervē insultare. Nemesis enī
go est, & vel cineres ejus vindictam à te
poſſunt: non ſecus ac Niconis Thasii ſ-
ferunt, cum ab invidō & malevolō vap-
in eum prolapsam fuſſe, ei que morte-
liſſe.

Nunc autem cūm viri literatissim-
ponendum ſit funus, agite CIVES
D E M I C I, & exſequias Ejus omni
genere prolixè ac promptè exſeq-
Quod cūm faciſ, memores & vestræ
litatis unā eſtote Quis ſcit an adijciar
ernæ craſtina ſumæ DI ſuper? Quapro-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Patch Reference number on UTT Serial No. 099